UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fornicatio in sacerdotibus & clericis graue peccatum est propter sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Eccl,26 timendus eſt. Eccclesiaſticus. Qui te
net illam quaſi, qui apprehendat ſcor
Hieron. pionem. Hier. Qui tangit carnem
mulieris non euadet ſine periculo ani
mæ ſuæ, &c.

Fornicatio in ſacerdotibus, & clericis graue peccatum eſt propter ſex.

PRimum, periculum eſt in parti-
cipatione corporis, & ſanguinis
1.Co,9. domini. Cor. 9. Qui manducat
& bibit indignè iudicium ſibi manducat, & bibit, &c. Qui indigne ſumit, idem eſt ac ſi ſe interficeret. Secundum eſt uoti fractio; quia caſtitatem promiſit in ordinis ſuſceptione, quā aufert deo cum fornicatur. Vnde Do-
Pſ.124. minus dabit eis talem mercedē. Pſal. Declinantes autem in obligationem, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Tertium eſt ſcandalum
Hieron. & deriſio populi. Vnde D. Hierony-
mus. Clericus aut honeſtior eſt ceteris, aut aliis eſt fabula, & quia ſapientiores aliis eſſe debent, ideo aliis grauioribus ſubiacebunt penis. Et
Grego. Gregorius. Vbi maius eſt donum ſcientiæ, trãſgreſſor maiori ſubiacet pœnæ. Quartum eſt, quia ipſi decipiunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

populum, cuius eleemoſynis ueſtiun-
tur, & nutriuntur, & pro quibus te-
nentur orare, & gratiam impetrare ui
tę ſanctitate, quod non faciunt; quia
ut dicit D. Gregorius. Cum indignus — Grego.
ad intercedendum mittitur, irati iudi
cis animus ad deteriora prouocatur.
Et Bernardus. Qui ambulant in carne — Bern.
deo placere non poſſunt, & placare
uelle præſumunt. Quintum eſt, quia
miniſtri dei ſunt. Require in capitu-
lo de miniſtris Eccleſiæ. litera M. Sex
tum eſt, quia ſacerdos eſt Angelus.
Vnde Malachias Propheta uocat ſa- — Mala. 2
cerdotem Angelum Domini exerci-
tuum. in capite. 2.

Fornicationis ſiue luxuriæ remedia ſunt quinque.

PRimum eſt, ut corpus tribula-
tionibus affligat. Eccleſiaſti- — Eccl. 9.
cus. Malitia horæ unius obliuio
nem facit luxuriæ magnæ. Hic exem-
pla quàm plurima adduci poſſent. Se
cundum ut homo ſubtrahat ſibi de ci
bo & potu, ut uinum forte, & acutos
ſapores. Vnde Iſydorus. Nemo po- — Iſy. 3.
teſt dominari ceteris uitiis niſi prius
ingluuiem uentris reſtrinxerit. Ter-
tium eſt, elongatio mulierum, quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN